EIA recolamuſ **In prima miſſa Natiuitatis xpi.**
laudibus piiſ digna. Huiuſ diei carmina in qua nobiſ lux
oritur gratiſſima. Noctiſ interit nebula pereunt noſtri crimi
niſ umbracula. Hodie ſeculo mariſ ſtella eſt enixa noue ſalutis
gaudia. Quem tremunt baratra mors cruenta pauet ipſa a quo pe
ribit mortua. Gemit capta peſtiſ antiqua coluber liuiduſ perdit
ſpolia. Homo lapſus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia.
Gaudent in hac die agmina angelorum celeſtia. Quia erat drag
ma decima perdita et eſt inuenta. O culpa nimium beata qua re
dempta eſt natura. Deus qui creauit omnia naſcitur ex femina.
Mirabiliſ natura mirifice induta aſſumens quod non erat manenſ
quod erat. Induitur natura diuinitas humana quiſ audiuit talia
dic rogo facta. Querere uenerat paſtor piuſ quod perierat.
Induit galeam certat ut mileſ armatura. Proſtratuſ in ſua propria
ruit hoſtiſ ſpicula auferuntur tela. In quibus fidebat diuiſa
ſunt illiuſ ſpolia capta preda ſua. Xpiſti pugna fortiſſima ſaluſ
noſtra eſt uera. Qui noſ ſuam ad patriam. duxit poſt uictoriam.
In qua ſibi laus eſt eterna. **AD SECUNDAM.**

GRates nunc omneſ reddamuſ domino deo qui ſua natiui
tate nos liberauit de diabolica poteſtate. Huic oportet
ut canamus cum angeliſ ſemper gloria in excelſis.

NATUS ante ſecula dei filiuſ **AD TERCIAM.**
inuiſibiliſ interminuſ. Per quem fit machina celi

æ terre maris æ in his degentium. Per quem dies æ hore labant
æ se iterum reciprocant. Quem angeli in arce poli uoce consona
semp canunt. Hic corpus assumpserat fragile sine labe origina
lis criminis de carne MARIE uirginis quo primi parentis cul
pam eueq; lasciuiam tergeret. Hoc presens diecula loquitur
prelucida adaucta longitudine quod sol uerus radio sui luminis
uetustas mundi depulerit genitus tenebras. Nec nox uacat
noui sideris luce quod magorum oculos terruit scios. Nec
gregum magistris defuit lumen quos prestrinxit claritas mi
litum dei. Gaude dei genitrix quam circumstant obstetricum
uice concinentes angeli gloriam deo. Xpe patris unice qui hu
manam nostri causa formam assumpsisti refoue supplices tuos.
Et quorum participem te fore dignatus es ihu dignanter eorū
suscipe preces. Ut ipsos diuinitatis tue participes deus facere
digneris unice dei.

## De Scō Stephano.

Hanc concordi famulatu colamus sollempnitatem. Auctoris illius
exemplo docti benigno. Pro psecutorum precantis fraude
suorum. O stephane signifer regis summe boni nos exaudi.
roficue qui es pro tuis exauditus inimicis. Saulus tuis pre
cibus stephane te quondam psecutus xpo credit. Et tecum
tripudiat in regno cui nullus psecutor appropinquat. Nos pro
inde nos supplices adte clamantes æ precibus te pulsantes.
Oratio sanctissima nos tua semp conciliet deo nostro. Te

petruſ xp̄i miniſtrum ſtatuit. Tu petro normam credendi
aſtruis. Addexteram ſummi patriſ oſtendendo quem plebs
furens crucifixit. Te ſibi xp̄c elegit Stephane. Per quem
fideles ſuos corroboret. Se tibi inter rotatus ſaxorum ſo
latio manifeſtans. Hunc inter inclitaſ martyrū purpuraſ
choruſcas coronatuſ; **De ſc̄o Iohanne eū·**

Iohanneſ ih̄u xp̄o multum dilecte uirgo. Tu eiuſ amore car
nalem. In naui parentem liquiſti. Tu leue coniugiſ pectuſ
reſpuiſti meſſȳam ſecutuſ. Ut eiuſ pectoriſ ſacra meruiſſes
fluenta potare. Tuq; in terra poſituſ glām conſpexiſti filii
dei. Quę ſolum ſanctiſ in uita creditur contuenda eſſe perenni.
Te xp̄c in cruce triumphans matri ſuę dedit cuſtodem.
Ut uirgo uirginem ſeruares atq; curam ſubpeditareſ. Tunc
carcere flagriſq; fractuſ teſtimonio ꝑcepiſti eſ gauiſus.
Idem mortuos ſuſcitas inq; ih̄u nomine uenenū forte uinciſ.
Tibi ſummuſ tacitum ceteriſ uerbum ſuum pater reuelat.
Tu noſ omneſ ſeduliſ precibuſ apud deum ſemper commenda.
Iohannes xp̄ȳcti care; **De Innocentibuſ.**

Laus tibi xp̄ȳc te. Cui ſapit quod uideatur ceteriſ eſſe
ſurdaſtrum. Famulatui cuius omniſ competit ſexus & etaſ.
Recentes atq; teneri milites herodiano enſe trucidati te
hodie predicauerunt. Licet nec duo potuerint lingula
effuſione tamen te xpe ſui ſanguiniſ preconati ſunt. e

I ac cum cruore fundentes ad dn̄m clamitaturum. V da pu
pilli quem gena miſeret ꝍ innocentes. Q uiſ athletarum
fortiſſimꝰ umquam · exercitibus tantam ſuiſ xpe contulit
uictoriam. Q uantam uagiens cecuuliſ tuiſ tu preſtitiſti
mittens eos celum regnaturos ꝑpetim. O xpi precones clari
floreſq; martyrum chorusci. E t confeſſorum inſigneſ gem
mule ſc̄orum. A tq; ſterilium mundo uirginum. C lari fili
oli dulces puſioli. Noſ iuuate p̄cibuſ. Q uos xpe innocentem
mortem urām miſerans. P ro ſe ſe maturatam placiduſ exau
dienſ. N oſ regno ſuo dignetur. IN EPYPHANIA DNI.

F eſta xpi omniſ xpianitaſ celebret. Q ue miriſ ſunt modiſ
ornata cunctiſq; ueneranda pplīs. P er omni tenantis
aduentum atq; uocationem gentium. V t natus eſt xpe
eſt ſtella magiſ uiſa lucida. A t illi non caſſam putantes
tanti ſigni gloriam. S ecum munera deferunt paruulo
offerunt ut regi celi quem ſiduſ predicat. A tq; aureo
tumidi principis lectulo tranſito xp̄i preſepe querităt.
H inc ira ſeui herodiſ feruida. I nuidi recenſ rectori genito.
B ethlehem paruulos precepit enſe crudeli ꝑdere. O xpe
quantum patri exercitum. I uueniſ doctus ad bella max
ima. P opuliſ predicanſ colligiſ ſugenſ cum tantum miſe
ris. A nno hominiſ trigeſimo ſubtuſ famuli ſe inclitu in
clinauerat manuſ deuſ conſecranſ nobiſ baptiſma in ab

solutione criminum. Ecce spiritus in specie ipsum altis innocue uncturus sanctis pre omnibus uisitat semper ipsius contentus mansione pectoris. Patris etiam insonuit uox pia ueteris oblita sermonis penitet me fecisse hominem. Vere filius es tu meus michimet placitus in quo sum placatus hodie te mi fili genui. Huic omnes auscultate ppli preceptori.

Concentu parili hic te. In purificatione sce marie.

Maria ueneratur populus teque pius colit cordibus. Generosi abrahe tu filia ueneranda regia de dauidis stirpe genita. Sanctissima corpore castissima moribusque omnium pulcherrima uirgo uirginum. Letare mater et uirgo nobilis gabrielis archangelico que oraculo credula genuisti clausa filium. In cuius sacratissimo sanguine emundatur uniuersitas perditissimi generis ut promisit deus abrahe. Te uirga arida aaron flore speciosa prefigurat maria sine uiri semine nato floridam. Tu porta iugiter serata quam ezechielis uox testatur maria soli deo peruia esse crederis. Sed tu tamen matris uirtutum dum nobis exemplum cupisti commendare subisti remedium pollutis statutum matribus. Ad templum detulisti tecum mundandum qui tibi integritatis decus deus homo genitus adauxit intacta genitrix. Letare quam scrutator cordis et renum probat habitatu proprio singulariter dignam

ſancta maria· E xulta cui paruuſ arriſit tunc maria
qui letari omnibuſ & conſiſtere ſuo nutu tribuit. E rgo quiq;
colimuſ feſta paruuli xpi propter noſ facti eiuſ pie marie.
S i non dei poſſumꝰ tantam exequi tardi humilitatem forma
ſit nobiſ eiuſ genitrix· L auſ patri glorie qui ſuum filium
gentibuſ & populo reuelanſ iſrł noſ ſociat· L auſ eiuſ filio
qui ſuo ſanguine noſ patri concilianſ ſupniſ ſociauit ciuibus·
L auſ quoq; ſancto ſpiritui ſit p euum· Itē de ſcā maria·
A ue dei genitrix ſummi· V irgo ſemp maria ſtella mariſ
preclucida· X pianorum decuſ mundi ſalus & domina· E ſ
nam beata meruiſti que parere regem altiſſimum· C uius
nunc regnum dominando tu poſſideſ ut mater filii· Q ua
ppter te rogitamuſ ut p noſtriſ ſceleribuſ· T uum interpel
les natum qui negare nil tibi uult· F ac ut per ipſiuſ benig
nitatem & tua merita· O mnium det nobiſ iuſta uita ſce
lerum ueniam· V t te intercedente xp̄oq; donante· A ctuſ
malos & prauos uitare poſſimuſ· E t preſentem uitam in laude
dei· V aleamuſ ultra ſemper ducere· P oſtq; huiuſ finem uitam
beatam· G audenteſ mereamur tunc poſſidere· T u nos ſancta
theotokoſ glorioſe trinitati commenda· C ui eſt in una deitate
honor poteſtaſ & maieſtaſ· G loria & lauſ omnia p ſecula·
C antemuſ cuncti melodum In Septuageſima·
nunc alleluia· I n laudibus eterni regiſ hec plebs tua

reſultet alleluia. Hoc deniq; celeſtes chori canunt in altum
alleluia. Hoc beatorum ꝑ prata paradyſiaca pſallat concentus
alleluia. Quin et aſtrorum micantia luminaria iubilet in altū
alleluia. Nubium curſus uentorum uolatus fulgurum cho
ruſcatio et tonitruum ſonitus dulce conſonant ſimul alleluia.
Fluctus et undę. imber et pcellę. tempeſtas et ſerenitas. cauma
gelu nix. pruinę ſaltus nemora pangant alleluia. Hinc uarię
uolucres creatorem laudibus concinite cū alleluia. Aſt illinc
reſpondeant uoces altę diuerſarū beſtiarū alleluia. Iſtinc mon
tium celſi uertices ſonant allelu ia. Illic uallium profun
ditates ſonant alleluia. Tu quoq; maris iubilans abyſſe dic
alleluia. Nec non terrarum moles immenſitates alleluia.
Nunc omne genus humanum laudans exultet alleluia. Et creatori
grates frequentans conſonet alleluia. Hoc deniq; nomen audire
iugiter delectatur alleluia. Hoc etiam carmen celeſte comꝓbat
ipſe xp̄c alleluia. Nunc uos o ſocii cantate letantes alleluia.
Et uos pueruli reſpondete alleluia. Nunc omnes canite ſimul
aeuia. dn̄o. aeuia xpo. pneumatiq; aeuia. Laus trinitati
eternę in baptiſmo domini quę clarificatur hinc canam⁹ aeuia.
Laus trinitati eternę aeuia. alleluia. aeuia. alleluia. aeuia. alleluia.

Clare ſanctorum ſenatus apl̄orum **De apoſtolis.**
princeps orbis terrarum rectorq; regnorum. Aecclesiarū
mores et uitam moderare. Quę ꝑ doctrinam tuam fideles

ſunt ubiq; A ntiochuſ & remus concedunt tibi petre reg
ni ſolium. T yrannidem tu paule alexandrinam inuaſiſti
greciam. E thiopeſ horridos mathee agnelli uellere. Q ui
maculaſ neſciat aliquaſ ueſtiſti candido. T homa bartho
lomee iohannes philippe ſymon. iacobiq; pariles andrea
taddee dei bellatoreſ incliti. E n uos occidenſ & oriens
immo totiuſ mundi circuluſ ſe patreſ habere gaudet & ex
ſpectat iudiceſ. E t idcirco munduſ omniſ laudeſ uobiſ & ho
norem ſanctiſ debitum ſupplex impendit. De s. Andrea.

D euſ in tua uirtute ſc̄s andreas gaudet & letatur eadem
comitatuſ. P iſcatio nati tui ipſe primuſ factuſ piſcator
pplorum. M irmidoneſ idolatras diu fluctuagos rete cepit
fidei. H is legibuſ achaiam tuiſ deuſ uictor illiuſ ſubiugauit.
E t tropheum xpi tui fixit ibi bonum ſe oſtentans militem.
M iraculis uirtutibus doctrinis quacumq; queſita ſpolia tibi o
rex attulit. A tq; ſuo cruore triumphi inſcripſit titulos tui
regum domine. I ſtum crucis ſocium & regni credimus.
X pi filii tui atq; fratreculum. N oſ igitur peccatiſ noſtris
grauati te deum poſcimus. V t illius qui tua ſemp̄ ſectatus
precepta tibi placet. N oſ interceſſione tuearis inęternum.

D ixit dominus ex baſan In c̄uerſione ſc̄i Pauli.
conuertam conuertam in profundum mariſ. quod dixit
& fecit ſaulum ut ſtrauit paulum ut ſtatuit. P er uerbū

ſiuum incarnatum ꝑ quem fecit & ſecula. Quod dum im
pugnat audiuit ſaulus ſaule quid me ꝑſequeriſ. Ego ſum
xpc durum eſt tibi ut recalcitreſ ſtimulo. A facie domini
mota eſt terra contremuitq; mox & quieuit. Dum cognito
domino credidit paulus ꝑſequi ceſſanſ cum xpianos. Hic lin
gua tuoꝝ eſt canum ex inimiciſ rediens adte deus. Dũ pauls
in ore omnium ſecretorum iura dat preceptoꝝ. Docenſ cruci
fixum non eſſe alium preter xpm dñm. Cum patre qui regnat
& ſancto ſpiritu cuiuſ teſtiſ paulus. Hic lingua ſacerdotum
more canum dum plinxit legiſ & euangelii duoſ molareſ in
his contriuit. Cortaſit uniuerſas ſpecies medicinaleſ quibus
curantur ſaucii reficiuntur enutriendi. Quo docente deum mare
uidit & fugit iordaniſ conuerſuſ eſt retrorſum. Quia turba
gentium uitiorum rediens ꝓfundo og rege baſan confuſo. Te ſolũ
adorat xpm creatorem & quem agnoſcit in carne ueniſſe re
demptorem.

## DE MARTYRIBUS.

Agone triumphali militum regiſ ſummi dieſ iſte celebriſ.
Eſt populiſ ipſi regi credulis. Hic delectamentum reſpu
erant mundanorum. Et crucem tunc turpem cottidie baiu
larunt. Hos nulluſ feritas a xpo ſeparat. Quin ad eum
mortibus milleniſ ꝑperent. Non carcer ulluſ aut catena
molliunt fortia in xpo pectora. Sed nec ferarum morſus
diri martyrum ſolidum excauant animum. Nec imminenſ

capiti gladius terreat. Fortissimos milites optimi domini. Nunc manu dei complexi persequentium insultant furoribus quondam crudelibus. Et plebi xpi solamen subpeditant in cunctis [illegible] ibus lubrici seculi. Vos xpi martyres. Nos ualde fragiles. Precibus nos iusto iudici sinceris iugiter commendare curate. De conceptione sancte

Uultum tuum. Vt. Gaudeamus omnis in dno. Marie. OR.

Concede qs omps ds. ad beate marie uirginis semper gaudia eterna pertingere. de cuius ueneranda conceptione tribuis annua sollempnitate gaudere. P. Lectio.

Ab initio et ante secla. GR. Specie tua. V. Propter ueritatem. Alla. Audi filia. Vt. Adducentur. Evangl. Liber generationis. Off. Aue maria. Secr.

Sanctifica qs dne muneris oblati libamina. et beate dei genitricis marie intercessione nobis salutaria esse concede. P.

Repleti uitalibus alimoniis. et diuinis Co. Diffusa est gratia. P. co. reparati mysteriis. supplices te rogamus omps ds. ut beate marie uirginis. cuius ueneranda conceptionem colimus. eius pia intercessione supernorum ciuium gaudiis mereamur sociari. P. Oratio pro tribulatione ecclesie. In spiritu humilitatis et animo contrito ante sacrosanctum corpus et sanguinem tuum dne ihu xpe. mundi redemptor toto corde et corpore supplices prostrati. et de peccatis nostris quibus iram tuam prouocauimus reos nos et culpabiles [illegible] te reddimus. Ad te dne ihu xpe uenimus. ad te prostrati clamamus. quia iniqui et superbi suis uiribus confisi undique super nos insurgunt. urbes nostras [illegible] res ecclesie de quibus uiuere debemus in [illegible] sco [illegible] nobis molientur auferre. [illegible] ipsa loca et sancta ouile gregis tui nos famulos et famulas tuas [illegible] dispergere et dissipare moliuntur. In medio nationis praue et peruerse